







1693

1. Berger, Jo. Henricus : De legitima mariti;

2. Heber, G. Michael : De jure foeminae litigantis
in foro tam civili, tum Saxonico.

3. Horn, Kasp. Heinr. Decem coll. Fetorum : ad Disputationem

suffraganeam Dr. Joh. Friedr. Baurii: . . . invitat.

4. Horn, Kasp. Heinr. Decem coll. Fetorum : ad Disputationem
suffraganeam Dr. Joh. Friedr. Baurii: . . . invitat.
Programma, quo ad orationem
solemnem hunc
Immediat. Secba.
dñi invitat.

nem solennem. . . Candidati Dr. Christiani Vetter. . .

~~Invitat. & exempl.~~

5^a = Hornius, Kasp. Heinr. : Positionum juris feudalis exercitatio I
De origine et auctoritate juris feudalis.

5^b = Hornius, Kasp. Heinr. : Positionum juris feudalis exercitatio II
De natura, et definitione feudi.

5^c = Hornius, Kasp. Heinr. : Positionum juris feudalis exercitatio III
De divisione feudi et in specie de feudis propriis

5^d = Hornius, Kasp. Heinr. : Positionum juris feudalis exercitatio IV
De feudis propriis.

5^e = Hornius, Kasp. Heinr. : Positionum juris feudalis exercitatio V.
De personis feudum concedentibus et acquirantibus.

1693.

- 5_f Hornius, Karp. Henricus: Portionum juris feudales
exercitatio VI de nuptiis et Tutela feudali.
- 5_g Hornius Karp. Henricus: Portionum juris feudales
exercitatio VIII de rebus in feudum traditis
- 5_h Hornius, Karp. Henricus: Portionum juris feudales
exercitatio XIII de regalibus
- 5_i Hornius, Karp. Henricus: Portionum juris feudales
exercitatio IX de regalibus II.
- 5_k Hornius, Karp. Henricus: De metallifodinatione jur.
6. Hornius, Karp. Henricus: De poenis furiosorum.
7. Hornius, Karp. Henricus: De probatione plena
per unum testem
8. Jung. Michel, Johann Karp: Exercitium juridicum,
modum procedendi supremi appellationum iudicii
Præsentis in processu ordinario exhibens.
9. Kirchner, Georg Karp: De coronis
10. Kirchner, Georg Karp: De faenore unciarum
generatimque de unciarum praesentis parte adu.

- 10^a ^b Hym, vermaledeyten Wucher in Fuden - Zim.
 Neumann, Joh. Georg: De Fausto praestigatore...
11. Panecius, Nicol: De generatione Diaboli
 cum sagis
12. Schurzflischerus: Konrad Samuel: De regno sturtrariae
13. Seebach, Henricus Ernestus: Injurandum ipso jure
 nullum.
14. Strauss, Godofredus: Collegii Felorum ... Decanus:
 et deputati onem in ang: de poena capitali singu-
 lari " ab auctore ... Georgio Godofredo Hebero
 . . . Respondendam invitat
15. Strauss, Godofredus: De herede ipso jure non proxi-
 sente.
16. Strauss, Godofredus: De muliere teste.
17. Ineus, Godofredus: De probationibus sumis quaedam
 capita
18. Ineus, Godofredus: De poena capitali singulari
19. Wernsdorff, Gottlieb: Decem, quem Caesar Octavianus
 Augustus tempore natiuitatis Christi per orbem
 terrarum fecit.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]



13386. = 13403.

37. 7

Q. R. B. V.

POSITIONUM JURIS FEUDALIS

Exercitatio Prima,

16735^a

DE

ORIGINE, ET
AUTORITATE
JURIS FEUDALIS.

Quam

PRÆSIDE

CASPARE HEINRICO HORNIO,

J. U. D. Pandectarum P. P. atq; Collegiorum

Juridicorum, quæ hic sunt, Adfessore,

D. XXIX. Julii MDCXCIII.

In Auditorio Jctorum

publice defendet

CHRISTIANUS FRIDRICUS *Rnauth*/

Misenensis.



VVITTEBERGÆ, Prelo Goderitschiano.



2. R. B. N.
POSITIONUM JURIS FEUDALIS

DE
ORIGINE ET
AUTORITATE
JURIS FEUDALIS

PRÆFIDE
CASTARE HENRICO HORNO,
J. D. P. ad Collegium
Judiciorum p. l. d. d. Adh. d. c.

D. XXIX. JUN. MD. C. XXII.
In Auditorio S. Romanæ
publice habenda
CHRISTIANUS FRIDERICUS HENNING

Mineraria
KUNTERBERG A. Paolo Godefridiano



I. N. D. N. J. C.

Post alias Juris divisiones non ultima est, qua in allodiale & feudale dividitur. Quod licet à paucis traditum sit, negligendum tamen non est ob causas, quas habent Illustres Viri, Dn. Eubenius in *Electis feudalibus* c. 1. & Dn. Rhetz in *prooemio ad consuetudines feudales*, n. 19.

2. Juris feudalis nomen *πολύσημον* est: nam interdum pro *quantitate illa feudali, sive pro jure illo*, quod Dominus & Vasallus intuitu feudi habent, accipi solet. Deinde *complexum Legum homogenearum ad Feuda spectantium* significat, quo sensu *pars juris Civilis est, de Feudis & ad ea pertinentibus agens*, atque *civium actiones dirigens, & obligans ad justitiam & publicam salutem*. Non infrequens tamen est, *singularem quoque quandam Legem de Feudis* conceptam nomine hoc venire. Porro *Jurisprudentia partem, quam feudalem dicere licebit, denotat, qua habitus practicus est, Leges de feudis generaliter disponentes rectè interpretandi, & ad facta singularia applicandi, ut justitia & salus publica inde resultet*. Denique *Systematicè usurpari* suevit, pro doctrina, quæ docet quomodo *Leges feudales interpretandæ, atque ad factum applicandæ sunt*.

3. Non putamus illos errare, qui Jus Feudale in publicum & privatum distinguunt. Dn. Lynckerus in *Anat. Feud. c. 1. aph. 5.*

4. Disputant DD. variè an & qua ratione Feuda Juris Naturæ vel Gentium dici queant? Nos paucis ut expediamus, ita sentimus: Si de feudis in genere, & de illorum origine remota quæstio instituat, dici potest, Juris Naturæ, quod & Gentium audit, ea esse, non tantum reductivè vel negativè, quatenus non repugnat Feudorum Constitutio naturali rationi; sed etiam suo modo positivè, quatenus recta ratio jubet, ut salus publica omnium illorum, qui in civitatem coivère, quantum fieri potest, promoveatur: licet ratio ista non præcisè hoc injungat, ut per feuda publicæ rei consulatur. Atque

A 2

hinc

hinc gentes rectam rationem secutæ prædia militibus concessere, sub conditione fidei, ut præmiis afficerent bene meritos, atque obnoxios haberent, aliosque ad præclara facinora invitarent, sicque securam redderent suam civitatem. Jus Gentium universale distinctum à Jure naturali aut Civili, uti non agnoscimus; ita otiosum est, de eo instituere quæstionem. Quod si autem Jus Gentium pro facultate, quâ gentes, naturâ permittente utuntur, vel pro Jure Civili multarum Gentium accipias, faciliè largimur, Feuda Juris Gentium hoc sensu dici posse. *Confer. Dn. Lyncker. in Anal. c. 1. apb. 2.*

5. Permulti quidem sunt qui à Romanis originem Feudorum petere conantur, atque partim ad clientelare Jus à Romulo introductum, partim illas possessiones, quæ ex præcepto Principali veteranis in præmium assignabantur *L. 12. ff. de Ejecti onibus. L. 15. §. 2. de R. V. t. t. C. de fundis Limitaneis & Limitrophis*, partim ad militias quarum mentio fit in *L. 52. §. 2. de adf. empti: Nov. 53. & 97.* natura tamen hodiè valdè est obscura *Rauchb. P. 1. qv. 1.* referunt: nihil aliud tamen evincunt, quàm similitudinem aliquam inter Romanorum ista placita, & feudalia instituta deprehendi; maximopere verò aliàs ista omnia differre. Id quod & illis contingit, qui cum Hotomanno & Connano veterum Gallorum devotos illos Soldurios in partes vocant. *Confr. Heigius P. 1. qv. 1. Franciscus Pollettus Historia For. Rom. L. 2. c. 10. ibiq; Brædæus. Grot. de J. B. & P. l. 3. 22. ibiq; B. D. Ziglerus.*

6. Sunt qui ex ipso Sacro Codice Feuda, vel analogum quoddam Feudorum, & quidem ex *Genes. 14. v. 4. II. Paralipom. 36. v. 13.* petunt. Sed verosimile est: Regulos istos, quorum in primo loco fit mentio subditos vel tributarios fuisse Kedar Laomoris, *confer. I. Reg. 9. v. 21.* In posteriori loco dicitur, Zedekiam fregisse jusjurandum, quod juraverat Nobocodonozaro, qui ipsum Regem instituerat. Sed dubium est, num juramentum hoc fuerit foederis inæqualis, quo alter operam pollicetur, alter præsidium & tutelam, vel potius plenariæ subjectionis, quod indicat ferè *II. Reg. 24. Confr. Grot. de J. B. & P. l. 3. 21. Ziglerus de Juribus Maj. l. 1. 54.*

7 De origine Feudorum sic habendum esse arbitramur: Apud varias Gentes aliquid analogum Feudis in usu fuisse; Feuda tamen ipsa Germaniæ Populis non quidem solùm Longobardis, sed & aliis Francis, Alemannis, Burgundionibus, Saxonibus originem debere, quæ postea à Longobardis potissimum magis atque magis informata, atque ad eum statum, uti hodiè apud nos, atque aliis in oris sunt, perducta fuere. Cur ita sentiamus, rationes nos movent, quas collegit *B. Dn. Struv. c. 1. Syntagm. J. F. apb. 3.*

8. Sicut nulli dubitamus cum *Grotio d. l. 2. 7. 21.* quin alii Germaniæ Populi

populi peculiaria jura circa Feuda sibi condiderint: ita certissimum est, Jus Feudale, quod Corpori Juris adjectum Longobardis acceptum esse ferendum. Quam sententiam textus *C. 1. ibi. Legibus Longobardorum 2. F. I. 1. F. 27.* aliique maximopere probant. Nec, quando de Moribus Feudalibus in his libris dicitur, aliterius quam Longobardorum populi mentio fit: licet in diversis Curiis diversi obtinuerint *1. F. 27.* Accedit quod multa, quæ in Libris nostris Feudalibus continentur, allodialibus Longobardorum LL. quæ adhuc hodiè extant, atque ab Heroldo & Lindenbrogio edita conveniunt: ita, ut non incommodè ex his Textus J. Feudalis explicari possint, modò non fraus fiat. Apprimè probatur ex *c. 1. 2. II. F. 58.* Multi sunt, qui & vocabula in Jure Feudali occurrentia in partes vocant, quæ pleraque Longobardica esse volunt. e. g. Feudum, Vasallus, Soldata, Felonia. Sed incertum est, an hæc voces Longobardis, an aliis Germaniæ populis, accepta ferenda. Confer. *Gryph. in Coloss. Weichb. c. 38,*

9. Qua ratione Longobardi in Italia Feuda condiderint, B. D. Struvius ex *Paulo Warnes. Diacono, Aymonio, Sigonio,* aliisque docet *S. J. F. c. 1. aph. 3. n. 4.* cujus sententiam nostram facere non dubitamus.

10. Longobardi, in ea Italiæ parte, quam sui juris fecere, Jus Romanum neutiquàm abrogarunt, sed permisere Italis indigenis, imò suæ gentis hominibus, ut eòdem uterentur. *Patet id ex II. F. I. & ex Legibus Luitprandi T. 66. 117. Conring. d. O. 7. G. c. XI. & XX.* Ob quam causam mirandum non est, principia Juris Romani in Jure Feudali inveniri *II. F. 24. 11. F. 33. 11. F. 58.* ipsamque Feudistam admittere decisionem ex Romanorum jure, si fortè deficiat domesticum *II. F. I.* Non vana illorum conjectura est, qui inde effectum putant, quod, cum omnia alia Feudalia antiquiora Jura ferè interierint, hoc Longobardicum superfit, & in usu habeatur.

11. *I. F. 19. 20. 21. 22. 23.* extant Constitutiones quæ ab *Sigonio* de Regn. Italiæ *L. 4. ad an. 825. Antonio in Disputat. Feud. l. 1. c. L. T. G. Lothario I. Caroli M. nepoti* tribuuntur. Facit pro hac sententia, quod *2. F. 19.* Eugenii Papæ mentio fiat, cum tamen nullus Lotharii II. tempore Papa hujus nominis vixerit. Hoc si verum est, hæc Constitutiones omnium antiquissimæ sunt, quæ in hoc libello continentur. Sed dubia ea dicit *Struv. c. 1. aph. 5.* quia id, quod *I. F. 29. §. 1.* de successione nepotum ac fratrum habetur, à *Conrado Salico*, qui maxima pompa Romam ad Coronam accipiendam profectus constitutum dicitur *1. F. 1. §. 2.* Ideoque opinatur circa vocabulum Eugenii mendum vel errorem irrepsisse, prout illud etiam, ceu consentiunt omnes, factum *11. F. 52. c. f.* Sed quoniam ad hujusmodi correctiones, nisi summa urgente necessitate deveniendum non est, sententiam *Sigonii & Antonii* verior-

rem putarem: Capitula nempe ista Lotharium I. Autorem agnoscere, quippè
cujus tempore Eugenius II. Papa vixit. Hotomannus, ut dubium ex I. F. I.
promanans tollat, loco Conradi Lotharium substituit. At satius est, si dica-
mus, Conradum II. confirmasse Constitutionem Lotharii. Conradi Consti-
tutio integra extat V. F. 1. ex qua non improbabiler colligit Antonius, Con-
radum id quod de fratrum & nepotum successione in paterno feudo constitu-
erat Lotharius circa valvalores majores, ad valvalores minimos produxisse, at-
que eo nomine vel ob consummationem hujus juris Autorem dici. J. D. à
Rbez. I. F. I. p. 87. 91. Inclinare huc videtur *Sigonius l. c.*

12. Mirificè illi ineptiunt, qui ob vocem *antiquissimo* I. F. I. §. 1. Feudo-
rum originem ex Arca Noæ ferè derivant. Tempus enim antiquissimum il-
lud, quo apud Longobardos Feuda seculo decurrente, sextò ortum habuere, di-
citur respectu compilationis Librorum Feudalium, quæ post annum à Christo
nato 1154. facta, II. F. 33. ibi. *quod nuper Rex Federicus*: Hic imperator Frid. I.
enim anno 1152. electus est, & 1154. prima habuit Comitiam apud Roncalias, qui-
bus etiam Obertus de Orto & Gerhardus Niger interfuere. *O. Frising. L. II. d.
R. G. Friderici c. 1. 12.*

13. Variæ de Compileribus Librorum Feudalium circumferuntur sen-
tentia. Sunt qui ad solum Obertum compilationem horum librorum refe-
runt. *Cujacius* Librum primum Gerharo, 2. & 3. Oberto tribuit, 4. & 5. ex
variis autoribus compilatum vult, quam sententiam latè propugnat *Finckelth.
Disp. Feud. I. Controv. 7.* Communis sententia est, utrumque & Gerharum &
Obertum primos fuisse compilatores, quorum collectioni ab aliis quædam ad-
jecta postea fuisse dicunt. Verùm omnia hæc incerta sunt, & conjecturis sal-
tem nituntur. Pro Gerharo nulla solida ratio adduci potest. Pro Oberto al-
legatur 2. F. 1. Sed caput illud fragmentum epistolæ est ab Oberto ad filium
scriptæ, quod operi Compiler inferuit. Quid quod in *Tit. 13. Libri 1. Medio-
lanenses consuetudines irrationabiles dicuntur*: quale quid de Consulibus Me-
diolanensibus vix animo concipi potest. Sententiæ duorum illorum Consu-
lum sapius in partes vocantur, inde tamen non confici potest, autores esse illos
compilationis; quinimò contraria sententia inde fulcimentum capit. Est in
hisce libris non quidem omnibus numeris perfecta, aliqua tamen methodus, in-
diciam præbens non à pluribus diverso tempore collectionem esse institutam.
Quod si tandem aliquid de Autore hujus compilationis dicendum, hæc nobis
animo hæret sententia, fuisse illum hominem incertum, privatum, non satis
etiam doctum, qui ideò nomen fortè dissimulavit, ut auctoritatem operi con-
ciliaret, quod vix tantam accepisset, si de Authore constitisset. *Conf. Ill.
Dn. à Rbez. in Proem. ad Consuetud. Feud. n. 30.*

14. Opinamur itaque nulla auctoritate publica compilationem factam esse, quia rerum monumenta tacent. Nec credibile est, rem tanti momenti omnes, præsertim ipsum Compilatorem præterituros fuisse, si contigisset, aut memoriã ejus planè interiisse. Sane quod non narratur, cum narrari maximè attineat, id nec factum censendum est. Multi in diversa abeunt, & ad 2. F. 54. 1. F. 22. &c. provocant, sed ex illis locis nihil aliud, quàm id colligitur, fragmenta Constitutionum Imperatoriarum esse inserta. *Matth. de Afflictis in Præludiv Feudogum n. 86.* tradit: Conradum Jus feudale vagum in certam formam redegisse. Ast non rationem reddit asserti: incertumque est, de quo Conrado sentiat. Qui ad Lotharium Saxonem referunt, ex 2. F. 3. referunt, ubi Imperatori huic epitheton *Bona memoria* ad scribitur. *Goldastus in Præfat. der Reichs-Satzung* Friderico I. in Comitibus apud Roncalias anno 1230. (mendum hîc subesse puto: non enim credibile est: tantum Viro ignorasse Fridericum I. 1190. vitam in aquis finisse) oblatum esse, & ab eo consensu Principum & Ordinum Imperii confirmatum. Quam sententiam suam etiam facit *Christophorus Lehmannus in egregio illo Chronico Spirensi Lib. 5. c. 59. p. 513.* Benè nobiscum egissent hi Viri, si fontes indicassent, ex quibus hoc derivatum dogma. Equidem *Radevicus σὶνχεγὼ Barbarossæ Lib. 2. c. 7. de rebus ejusdem;* Imperatorem hunc de Jure Feudorum Leges apud Roncalias condidisse, scribit, quarum capitula ipse subjicit. Sunt hæc verò duabas constitutionibus comprehensa, quarum prior 2. F. 55. extat. Atque de his constitutionibus sine dubio *Guntherus* Friderico itidem coævus *Lib. 8. Ligurini versu 590.* intelligendus erit. Ex neutro tamen horum id probari poterit, quod *Lehmannus* & *Goldastus* tradiderunt. Secuti sunt fortè in hac re, de qua obiter & incidenter saltem in locis allegatis egere, *Carolum Sigonium, de Regno Italia,* qui Constitutionem 2. F. 55. præmium *Legum Feudalium, quas omnibus in promptu esse dicit, vocat.* Verùm nihil magis probat quàm isti. *Gryphiander* de *Coloss. Weichbild. c. 50. n. 14.* Friderico II. Collectionem hanc tribuit. Testes advocat *Lupoldum Babengensem de Zelo Principum c. 2. in fine. c. 10. & Pandulphum Collenutium Ictum P. Sauriensem Hist. Neapolit. L. 4. Ciferum in Orat. de Frid. II.* Apud primum in loco allegato nil horum reperio. Alter in Historia circa Seculi XV. finem ad *Herculem primum Ferrariæ Ducem* Italicè scripta hæc habet: *Librum de Usu Feudorum optimum & in Scholis usitatum conscribi curavit, idemq; alium de Regni Statutis. &c.* juxta interpretationem *Johann. Nicolai stupani* Quæ aliter paulò refert & probat *Summus Conringius de Origine 7. G. c. 33. p. 227.* Sed recentior hic

Author

Author & Cisnerus quoque est, quam ut horū fidem sequi possimus. Multi locum ex Odofredo veteri Glossatore, & Friderico II. coævo (obiit n. 1265.) in hanc rem citant, qui ad Avth. Cassa C. de SS. Eccl. ita scribit: *Ut unum sciat* quod (Authenticum) fuit compositum à Justiniano, habet novem collationes. Postea cum venit Fredericus junior, misit has constitutiones ad civitatem istam (Bononiensem) Doctoribus Legum, ut aptarent eam singulis LL. sub congruentibus titulis; & ita fecerunt Doctores, dum convenerunt in St. Petro, qui istam aptaverunt ad legem istam. Postea quid fecerunt? Dn. Hugolinus post nonam collationem posuit librum Feudalem & omnes Constitutiones Frederici antiqui & junioris, & aliquas leges Conradi & vocatur decima collatio; sed pauci sunt, qui ita ordinatè in suis libris habent. Ex hilce verbis tantum abest, ut colligi possit, jussu Friderici II. esse collectum Librum Feudalem, ut potius nec inde illud elici queat, auctoritatem isti hunc Imperatorem tribuisse, vel jussu illius esse Corpori Juris adjectum, Legi hinc utique meretur *Bitschius in proæmio ad Consuetudines Feudales*. Cœterum Hugolinum hunc Jctum Bononiensem cum Bulgaro, Hugone, Martino, & Jacobo fuisse Consiliarium Friderici II. docet *Radevicus L. 2. c. 5.*

15. Jus Feudale Longobardorum, quò hodiè utimur, maximam partem consuetudinarium est, & sic titulo Consuetudinum vel Usuum Feudalium gaudet. *Vid. Rubr. II. F. 28. II. F. 7. II. F. 9. pr.* licet quasdam Constitutiones Imperatorias admixtas habeat. Isto ergò respectu ad jus non scriptum meritò refertur, etiamsi in scripturam sit redactum, & postea, tum usu Germaniæ, tum Legibus publicis tacitè probatum. Interim per scripturam & approbationem illud effectum est, ut consuetudines istæ pro notoriis habeantur, ita ut illi, qui in eis se fundat, non opus sit probatione, quæ aliàs quoad introductionem consuetudinis requiritur. *Cap. 3. X. de Testibus l. 34. ff. de LL. Cap. 1. de Constit. in 6to Anton. Disput. I. th 1. Lit. F. Rosentb. P. 1. Cap. 1. Concl. 8. in fine.*

16. Non audemus asserere, omnes Imperatorias Constitutiones, quæ in Jure Feudali extant, pertinere ad Germanos, atque vim obligandi hosce semper habuisse. Distinctè potius hic procedendum arbitramur. Habetur Constitutio Friderici I. Norinbergæ edita *V. F. 12.* Cujus *Abbas Urspergensis* ad annum 1187. facit mentionem. Aliæ sunt in Italia apud Roncalias promulgatæ, præsentibus & consentientibus Primatibus Germaniæ, quales & illa habetur, quæ *II. F. 55.* reperitur. Utrumque Genus Germanos obligasse & adhuc obligare nisi posteriori lege, aut contrario usu abolitum, nulli dubitamus, quamvis *Conringius* ultimas in Germania observatas fuisse ægrè admittat. *Conring Cap. 25. de Orig. I. G. p. 150.* Alii denique latæ sunt ab Imperatoribus, ut Imperato-

ribus

ribus Romanis vel Regibus Italiae, quales omnes sunt, quae Lothario I. tribuatur, quippe qui in Germania Regnum nullum Imperium habuit. De his ita sentimus, neas nullam aliam vim apud Germanos & olim habuisse, & hodie habere, quam Consuetudines Feudales Longobardorum.

17. Quoniam Libellus Feudalis ut antea assertum, privato ausu editus est; nec in Italia ab initio auctoritatem habuit: postquam tamen ab Hugolino Corpore Juris adjectus, in scholis semper lectus, & in foro communiter probatus est, sciente & non contradicente summa potestate, factus est inde authenticus, uti loquitur *Maranta in Speculo P. I. Cap. 44.* Postea in Scholas Germaniae & ex his in forum transit, atque sic ut universalis consuetudo est receptus. Simile quid in aliis Europae locis factum, iisque quoque, qui Jus Justinianicum non receperunt contigit. vid. Th. Crag.

18. *Hermannus Conring. c. 32. de Orig. J. G.* circa initium Sec. 15. Jus Feudale Longobardicum in Germaniam traductum fuisse, docet. Nos putamus translationem hanc alius esse repetendam, atque cum Sec. XIII. ab Hugolino Juris Justiniano adjectus sit Liber Feudalis, simul cum eo in Germaniam transiisse. Quod alibi latius executi sumus. Planè Glossator Jur. Saxonici, quem Seculo XIV. adulo vixisse non improbabiler dici potest. *L. II. 4. 65.* ad hoc Jus Feudale provocat. Atque Sigismundus anno 1434. in causa Successionis Electoratus Saxonici Rescripto quodam ad Concilium Basiliense missa, asserit, controversiam istam ex jure communi per Dominum & Pares curiae esse decidendam. Non potest autem aliud Jus Feudale commune, quam Longobardicum hic intelligi; quod commune non potuisset dici, si initia ejus eo tempore in Germania coepissent. Confer. *Strauch. Disput. II. th. 20. Rhetius in Proem. n. 43.*

19. Multi asserunt Imperatori Sigismundo exhibitum fuisse Libellum Feudalem ab *Antonio Mercurio*, compositum ejusdem Imperatoris auspicio. Unde haec probari possint, nobis non constat. De Friderico III. tale quid recenset *Cuspinianus in ejus vita. Conring. de Orig. J. G. c. 33. p. 221.* Approbatum postea hunc librum à Frid. III. & mandatum, ut in Scholis publicis praelegeretur, *Jason* ejus temporis Ictus in praeludiis Feudorum docet. Confirmationis hujus mentionem quoque faciunt *Haloander in epistola nuncupatoria Novellarum & Feudalium Consuetud. ad Senatum Noric. & Goldastus in Praefat. German. Constit. Imper.* Plausibilibus rationibus in dubium haec vocat *Ill. Dn. à Rhezelius in Proem. ad Consuetud. Feud. n. 19. seqq.* At si nostram sententiam dicere licet, non putamus temerè *Jasonis & Haloandri* fidem esse rejiciendam. Rationibus, quae contra hos Autores adducuntur, in conflictu data occasione, satisfacere conabimur. Quicquid tamen hujus sit, si maximè liber iste esset confirmatus,

B

firmatus,

firmatus, id tamen ad nostros libellos feudales haud pertinet, nisi velimus dicere, materiale nostrorum librorum esse confirmatum, non formale. *Confer. Biesch. in Proem. C. 7.* Illud verò certissimum, Mericatii librum, cujus unicum qui superest, quantum constat, Codicem Celeberimus Vir Dn. Ericus Mauritius possedit, nunquam in Scholis & Foro fuisse receptum. *Vid. Diff. Ejus de Libr. Juris Civ. Tb. 24.*

20. Certum est nullo vel Cæsaris vel Ordinum consensu expresso Jus Feudale in Scholis & foris vim accepisse, sed usu tantum invaluisse, accedente Imperatorum & Statuum, cum intuitu totius Imperii, tum singulorum territoriorum approbationem. Expressa confirmatio nullibi extat. Quoniam tamen Leges Imperii ad Consuetudines feudales sæpius provocant, & tanquam receptas supponunt. *Ordinat. Camerae P. I Tit. 13. R. P. 1548. Tit. 3. R. 7. 1567. §. und nach dem C. Leopold. art. 4. 36.* de tacita confirmatione nemo dubitare debet. Quale quid etiam fit in *C. Saxon. 27. P. 1.* Interim tamen nemo sibi persuadere debet, ob receptionem hujus, Jura, quibus antea Germania usa, patria planè esse abrogata. Quam falsa enim hæc sententia sit ex O. C. Maximiliani de anno 1495. Tit. die Unterthanen & altera illa recentiori P. 1. Tit. 13. clarè patet. Quod si ergò quis probare possit Jus feudale Longobardicum hoc vel illo casu ob contrarium Jus domesticum receptum non esse, vel recipi non potuisse, utique audiendus erit.

21. Ordines Imperii singulos pro renata & territoriorum usu Jus Feudale Longobardicum, vel in totum, vel quoad partes in territoriis suis sine consensu Imperatoris & reliquorum Statuum abrogare posse, tum rationes, tum exempla, quæ Ill. Dn. à Rbez. in *Proem. ad C. F. p. 14.* contra Arthurum Duck adducit, satis probant. Non putamus verò ab hac sententia alienum esse Dn. *Conring de Orig. J. G. c. 33. p. 219.*

22. Ad specialia Jura Feudalia pertinet Jus Saxonicum commune (cujus collectorem privatum hominem Sec. XIII. extitisse putamus cum *Conringio c. 30. d. 1.*) quod respectu juris communis Feudalis in Imperio recepti particulare dici solet. De hoc jure Saxonico communi id notandum est, quod in Provinciis, ubi adhuc usu receptum, tantum valeat, quatenus usus illud approbavit. *Hartm. Piskor. L. 1. qu. 14. n. 11. Rauchbar L. 1. qu. 37. n. 28.* unde si non notorium sit hoc vel illo casu in loco quodam observari, alleganti probatio incumbit, *Siruv. Synt. J. F. c. 1. §. 8. n. 2.* Jus Electorale Saxonicum subditos. Electorales & omnes illos, qui ad familiam Albertinam spectant,

stant, exceptis Lufatis & aliis noviter acquisitis obligat. Extra verò illas ditiones quibusdam locis quædam ex illo usu recepta sunt, in aliis verò, ubi Jus Saxon. commune viget, loco interpretationis rectè adhibetur. *Conf. Moller. ad Constit. Saxon.*

23. Miretur quis fortè cum *Jacobo Cujacio Lib. 4. de Feudis Tit. 73.* cùe non tanta extraordinariis Capitulis, quæ ipse ex *Alvarotto & Ardizone* restituit, atque *Mericutius* Extravagantes vocat, autoritas tribuatur, quanta ordinariis libris, cum utraque moribus Longobardorum originem debeant, utraque etiam ab uno eodemque authore privato tantum ausu sint compilata, atque edita. Sed desinet mirari, si modò cogitet, Feudales Longobardorum Consuetudines nulla autoritate alia niri, quàm quia usus & in scholis & in foro, non contradicente summa potestate, eas recepit. *D. Struv. Cap. 1. apb. 7. n. 4.* Cum itaque Extravagantes istæ Corpori Juris olim non adjectæ, atque sic non omnibus adedò cognitæ fuerint, eas pari modo ac reliquas usus non comprobavit; neque etiam sic eodem robore gaudere possunt. *Confr. Ill. Dn. à Rbez Comment. in Jus Feud. Proem. n. 75.* Atque ob hanc causam Capita hæc, quando Ordinariis contrariantur parum vel nihil ponderis habent. Testimonium tamen illorum, si vel ad explicationem Juris Feudalis faciunt, vel casum proponunt alibi non decisum, neutiquam est rejiciendum. *Hartm. Pistor L. 2. qv. 13. n. 89. & L. 2. qv. 34. n. 33. Dn. Struv. S. J. F. Cap. 1. apb. 7. n. 10.* Solius vero temporis decursus id non efficiet, ut cum ordinariis idem planè robur nanciscantur, nisi eodem loco, quo ordinaria haberi incipiant.

24. Ordinem & modum in applicando Jure Feudali, & decidendis controversiis Feudalibus meritò cum probamus, quem *B. Dn. Struv. S. J. F. t. 1. apb. 11. seqq. & Ill. Strykius tradit Cap. 1. qv. 13. 24. 25. 26. Exam. 7. F.*

25. Non dubitamus, quin Jus Feudale in causis non feudalibus cognitionem tamen aut similitudinem cum illis habentibus, decisionem præbere possit, si præter Jus Civile, non contra illud, aut illius rationem aliquid disponat, *arg. l. 10. n. 12, 32. ff. de LL.* Elegans exemplum est, quod ex *z. F. 26. §. Titius* de tempore retractus habet *Carpz. P. 2. C. 32. D. 2. Dn. Stryk. d. l. qv. 29. Finckelth. C. 1. D. 1.*

26. Frustranea ferè illorum disputatio est, qui anxie disquirunt, utrum Jus Feudale ad Jus Prætorium, an ad Jus Civile referri debeat. Nam Imo incognitum fuit Romanis Jus feudale, atque sic hoc ad illam divisionem non pertinet. Deinde hæc divisio juris scripti est, *L. 9. ff. de l. & l.* & sic Jus non scriptum

ptum neutiquam ad illam referendum. Quod si tamen omninò aliquid dicen-
dum, ad Civile Jus, Feudale referendum foret, quoniam consuetudo imitatur
naturam Juris Civilis. *L. 32. ff. de LL.* Quoad Constitutiones verò Imperato-
rias Feudales res minus dubii habebit. *C. Oldend. C. L. 5. Art. de ael. benefic. Anton.
D. I. tb. I. L. 7.*

27. Argumentum à contrario sensu etiam habet locum in Jure Feudali.
Exempla ex II. F. 3. §. f. 1. F. 12. 2. F. 55. §. Præterea peti possunt. Sed ita hoc
intellectum velimus, modo non diversitatis ratio subsit, vel jus commune per
contrarium sensum corrigatur, vel absurditas inde sequatur. *Finckelth. D. I. C.
12. Ludov. c. 1. p. 18. Diff. Everh. Loc. Top. à contr. Sensu 82. n. 30.*

28. Contraria & pugnancia in Jure Feudali occurrere, neminem latere po-
test, qui vel limis oculis id inspexit. Anxiè verò disputant DD. quænam senten-
tia ex contrariis sit arripienda. Nos ita breviter sentimus. Aut in diversis Ca-
pitulis contrarietas occurrit, aut in iisdem. Priori casu, si unum est ordinarium
alterum extraordinarium, illud est præferendum. *Exempla 2. F. 9. 73. Conf. Tb.
XXIII.* Si utrumque Ordinarium de conciliatione laborandum i. *F. 22. II. Tex.*
Si illa commodè fieri nequit, eam debemus amplecti sententiam, quæ analogiæ
Juris Feudalis magis convenit aut usu recepta. *Exempla II. F. 16. 29. 33.* Id quod eri-
am tunc locum sibi vindicare debet, si in iisdem Capitulis diversæ sententiæ re-
ferantur & relinquuntur sine decisione. *Exempla II. F. 17. II. F. 36.* Quod si ve-
rò nec de usu constet, nec interpretatione doctrinali, quænam sit magis ana-
logiæ J. F. conformis, commodè erui possit, causa pro indecisa habenda, & de-
finitio à Legislatoria potestate petenda. Illud verò, quod quidam ex ordine
scripturæ approbationis argumentum petere, & modò primo, modò secundo
loco relatam sententiam amplecti volunt, neutiquam possumus probare. *Confr.
Struv. S. I. F. c. 1. aph. 16. n. 2. II. F. 28. §. hoc consequenter inf. Ludw. c. 6. p.*

29. Clericos Jure Feudali obligari apud, Protestantes nullum est dubium.
Consentiunt tamen nobiscum plerique Pontificii. Etsi enim ex illorum suppo-
sitione Clerici exempti sint ab omni seculari potestate, *cap. 7. X. de Constit.* A-
liter tamen hoc passu rem se habere diffitentur, tum ob Pontificis approbatio-
nem, qui in controversiis feudalibus personas Ecclesiasticas ad Feudi dominos
seculares remittit. *Cap. 5. X. de Judiciis, & Cap. 6. de foro competente;* tum eti-
am quia Clerici feuda accipientes eo ipso juri de feudo constituto se subjiciunt;
tum denique quia Canones peculiare jus feudale non introdu-
xerunt. *Confr. II. F. 20, & II. F. 40.*

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1693

ULB Halle
003 586 286



3


L

Sb.

V017







B.I.G.

Farbkarte #13



37. 7/1

R. B. V.

JURIS FEUDALIS

atio Prima,

16735^a

DE

INE, ET
RITATE
EUDALIS.

Quam

ÆSIDE

NRICO HORNIO,

m P.P. atq; Collegiorum

væ hic sunt, Adfessore,

alii M D C XCIII.

orio fctorum

ce defendet

FRIDRICUS Knauth/
senensis.



E, Prelo Goderitschiano.

